



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

XCVIII. Leo III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

ros 24. diaconos 6. Qui defunctus est Kalendis Ianuarii. Hic Episcopis Hispaniarum Epistolam destinavit, in qua multis rationibus, multiſq; multorum auctoritatibus, Christum verum, & nō putatiuum, proprium, & non adoptiuū patris filiū esse comprobauit.

XCVIII.

A.DCCXCV.

LEO III.

LEO, natione Romanus, ex patre Azuppio, sedit annos 20. menses 5. dies 16. Hic in natali S. Stephani protomartyris electus est, & in sequenti die ordinatus est. Hic cum ex more paratus in Letania, quæ maior dicitur, incederet, ab iniquis Romanorum captus, oculis est priuatus, & lingua truncatus, in arctaq; custodia reclusus. Sed D^eo cooperante, & B. Petro suffragante, & viſum recepit, & lingua ei ad loquendū restituta est, & ex ipsa custodia liberatus Dei auxilio ad K A R O L V M Regem, & Romanorum patritium profectus est: à quo & deuotissimè laſceptus est. Quod nefandissimi Romanorum audientes falsa crimina ei imponere studuerunt, ut Regi & omnibus eum ita odiosum efficerent. Sed prædictus Pontifex ad sedem suam reuersus paulo post prænominato Rege præsente cunctisq; ecclⁱero & populo presentibus, non coactus, sed spontaneus de impositis criminib. fureurando se expurgauit. Post hæc die Natalis Saluatoris nostri ab omnibus prædictus rex, Romanorū Imperator Augustus est constitutus, & à Papa nominato Pontifice coronatus, & ita eius tempore primum Romanorum imperium peruenit ad Francos. Hic constituit, vt tres dies ante Dominicam ascensionē Letaniae celebrarentur. Hic ordinauit Episcopos 136. presbyteros 30. diaconos 11. sepultus est. a. 2. Idus Iunii.

XCIX.

A.DCCCVI.

STEPHANVS V.

STEPHANVS, natione Romanus, ex patre Marino, sedit menses 7. Hic ordinauit Episcopos 5. presbyteros 9. diaconos 4.

C.

A.DCCCVI.

PASCHALIS.

PASCHALIS, natione Romanus, ex patre Bonoso, sedit annos 7. menses 5. dies 13. Ordinauit aut̄ Episcopos, presbyteros, & diaconos per diuersa loca. Hic de his, qui ob causā frigidæ naturæ se dicunt